

esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquáalitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotidie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communió

Panem de coelo dedísti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum et omnem sapórem suavítatis. (*Sap 16:20*)
1. Atténdite, pópule meus, doctrínam meam; inclináte aures vestras in verba oris mei.
2. Apériam in parábolis os meum, éloquar arcána ætátis antíquæ
3. Quanta audívimus et cognóvimus ea, et patres nostri narravérunt nobis, non occultábimus a filiis eórum.
4. Generatióni álteri narrántes laudes Dómini et virtútes ejus et mirabília ejus, quæ fecit.

Postcommunió

Sumptis, Dómine, coeléstibus sacraméntis: ad redemptiúnis æternæ, quaesumus, proficiámus augméntum.



vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubiniai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Dangaus duonos davei mums, Viešpatie, labai gardžios ir tinkamos kiekvienam skoniui. (*Išm 16:20*)
1. Klausykis, mano tauta, mano mokymo; klausykis ištempus ausis mano burnos žodžių.
2. Atversiu burną prasmingais pavyzdžiais, atskleisiu senųjų amžių paslaptis.
3. Dalykus, kuriuos girdėjome ir žinojome, apie kuriuos mums tėvai mūsų pasakojo. Neslėpsime jų nuo savo vaikų.
4. Būsimai kartai pasakosime apie Viešpaties galybę ir jo darbus šlovingus, ir stebuklus, jo padarytus.

POSTKOMUNIJA

Priėmę tavo dangiškąjį sakramentą, Viešpatie, meldžiame, padidink mūsų žingsnius į amžinąjį atpirkimą.

Proprium Missæ

DOMINICA XIII POST PENTECOSTEN XIII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam, et ne obliviscáris voces quæréntium te.
Ps. Ut quid, Deus, reppulísti in finem: irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ? (Ps 73:20; 73:19; 73:23, Ps 73:1)

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis fidei, spei et caritátis augméntum: et, ut mereámur asséqui quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas (*Gal 3:16-22*)
Fratres: Abrahæ dictæ sunt promissiónes, et sémini eius. Non dicit: Et semínibus, quasi in multis; sed quasi in uno: Et sémini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico: testaméntum confirmátum a Deo, quæ post quadringéntos et trigínta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuándam promissiónem. Nam si ex lege heréditas, iam non ex promissióne. Abrahæ autem per repromissiónem

INTROITAS

Pažvelk, Viešpatie, į savo sandorą! Ir savo nuskriaustųjų sielų neužmiršk amžinai. Viešpatie, pakilk ir teisk pagal save ir nepamiršk balsų tų, kurie tavęs ieško.
Ps. Kodėl, Dieve, mus amžinai atstumi? Kodėl tavo įniršis rusena ant tavo ganyklos avių? (Ps 73:20; 73:19; 73:23, Ps 73:1)

KOLEKTA

Visagalis, amžinasis Dieve, padidink mūsų tikėjimą, viltį ir meilę, kad mes mes gautume, ką pažadėjai, ir kad mes mylėtume tai, ką įsakei.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Galatams (*Gal 3:16-22*)
Broliai, pažadai buvo duoti Abraomui ir jo palikuoniui. Nėra pasakyta „ir palikuonims“, ne daugiskaita, bet kaip apie vieną: ir tavo palikuoniui, tai yra Kristui. Aš noriu pasakyti: Dievo patvirtinto testamento negali panaikinti po keturių šimtų trisdešimties metų atsiradęs įstatymas, ir jis negali pažado paversti niekais. Jei paveldėjimas būtų iš įstatymo, tai negalėtų būti iš pažado. O Dievas

donávit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiónes pósita est, donec veníret semen, cui promiserat, ordináta per Angelos in manu mediátoris. Mediátor autem unius non est: Deus autem unus est. Lex ergo advérsus promíssa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificáre, vere ex lege esset iustítia. Sed conclúsit Scriptúra ómnia sub peccáto, ut promíssio ex fide Iesu Christi darétur credéntibus.

Graduale

Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

V. Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum. (Ps 73:20; 73:19; 73:22)

Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie. Alleluia. (Ps 89:1)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam (Luc 17:11-19)

In illo témpore: Dum iret Iesus in Ierúsalem, transíbat per médiám Samaríam et Galilaeam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri leprósi, qui stetérunt a longe; et levavérunt vocem dicéntes: Iesu præcéptor, miserére

dovanojo Abraomui malonę dėl pažado. Tad kam gi reikalingas įstatymas? Jis buvo pridėtas dėl nusizengimų, kol ateis palikuonis, kuriam buvo skirtas pažadas; įstatymas buvo angelų įsakytas per tarpininką. Tarpininko nebūna, kur yra vienas, o Dievas tėra vienas. Tad gal įstatymas priešingas Dievo pažadams? Anaipatol! Jei būtų duotas įstatymas, galintis teikti gyvybę, tai iš tikrųjų teisumas eitų iš įstatymo. Bet Raštas viską apjuosė nuodėme, kad pažadas dėl tikėjimo į Jėzų Kristų tektų tiems, kurie tiki.

GRADUALAS

Pažvelk, Viešpatie, į savo sandorą! Ir savo nuskriaustųjų sielų neužmiršk amžinai.

V. Viešpatie, pakilk ir teisk pagal save, prisimink savo tarnų gėdą. (Ps 73:20; 73:19; 73:22)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Viešpatie, tu buvai mūsų užuovėja per kartų kartas. Aleliuja. (Ps 89:1)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 17:11-19)

Anuo metu keliaujant į Jeruzalę, teko Jėzui eiti tarp Samarijos ir Galilėjos. Įeinantį į vieną kaimą, jį pasitiko dešimt raupsuotų vyrų. Jie sustojo atstu ir garsiai šaukė: „Jėzau, Mokytojau, pasigailėk mūsų!“ Pažvelgęs į juos, Jėzus pasakė: „Eikite, pasirodykite

nostri. Quos ut vidit, dixit: Ite, osténdite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundáti sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundátus est, regréssus est, cum magna voce magníficans Deum, et cecidit in fáciem ante pedes eius, grátias agens: et hic erat Samarítánuš. Respóndens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundáti sunt? et novem ubi sunt? Non est invéntus, qui redíret et daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. Et ait illi: Surge, vade; quia fides tua te salvum fecit.

Offertorium

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea. (Ps 30:15-16)

Secreta

Propitiáre, Dómine, pópulo tuo, propitiáre munéribus: ut, hac oblatiÓne placátus, et indulgéntiam nobis tríbuas et postuláta concedas.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessiÓne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in

kunigams!“ Ir beeidami jie pasveiko. Vienas iš jų, pamatęs, kad išgijo, sugrįžo atgal, balsu šlovindamas Dievą. Jis dėkodamas parpuolė Jėzui po kojų. Tai buvo samarietis. Jėzus paklausė: „Argi ne dešimtis pasveiko? Kur dar devyni? Niekas nepanorėjo sugrįžti ir atiduoti Dievui garbę, kaip tik šitas svetimtautis!“ Ir tarė jam: „Kelkis, eik! Tavo tikėjimas išgelbėjo tave“.

OFERTORIUMAS

Tavimi pasitikiu, Viešpatie, – sakau: „Tu esi mano Dievas“. Tavo rankose mano laikas. (Ps 30:15-16)

SEKRETA

Viešpatie, maloningai pažvelk į savo žmones, maloningai pažvelk į jų aukas, ir suteik mums atleidimą ir tai, ko prašome.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties